



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

20. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Verospio. Montis Alti  
Primiceriatus. Lunae 8. Iunii 1643.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

scant, dec. 9. n. 5. ne diuerso hinc censentur ij, qui ex æquiparatione idem reputantur contra dispositionem, text. in cap. cognominis 12. q. 2. & in l. eum qui adess. de vsu. cap. & in terminis præminentie considerauit Rota in Casarugustana præminentiarum 2. Nouemb. anni 1627. coram bon. mem. Coccino.

2. Quæ facultas occupandi sedes dignitatum absentium præterea colligitur ex Bulla erectionis, in qua illis attributum fuit ius sedendi immediate post ipsos Canonicos: hoc enim iure uti non possent, nisi occuparent sedes in quibus, absentibus dignitatibus manent Canonici, cum verbum illud, immediate operetur, vt sèssio Præpositorum nullo interposito medio continuatim copulari debeat sedibus Canonicorum, iuxta doctrinam Bald. in l. 1. n. 3. C. de condit. infertis. Capra conf. 22. n. 12. Castren. conf. 4. n. 4. vers. 3. opponitur li. b. 1. & alij quos refert Decian, conf. 9. n. 10. lib. 2. & secuta fuit Rota in hac eadem causa sub die 16. Decemb. ann. 1633. coram bon. mem. Merlino & 27. Iulij 1635. coram R. P. D. meo Ghislerio. Quæ eo facilius admitti debet tanquam consonans, & conformis decori Ecclesiastici Ritus, quo attento in Choro non debet esse aliqua dispersio, sed coniunctissima vnitas ad instar triumphantis Ecclesiæ, vt considerauit Rota coram bon. mem. Coccino dec. 197. n. 4.

3. Et licet in gratia præposituris concessa in Bulla erectionis fuerint excepti actus capitulares inter eos tamen comprehensa non fuit sèssio in Choro, dum Bulla expressè illis sèssionem concessit, & post illius concessionem capitulares actus excepti, generalis enim illa exceptio facta censetur salua sèssione antea concessa argumento text. in l. doli clausula ff. de verborum obligat. vbi Barth. & Cuman. n. idem Barth. conf. 72. n. 3. vers. sed positio. Surdus conf. 45. n. 1. & sequenti. Præsertim cum hoc sit conforme dispositioni iuris, secundum quam stallum in Choro non comprehendatur sub actibus capitularibus, vt notat Gloss. in Clementina vt ij de state, & qualitate in verb. c. vbi etiam Abb. n. 6. Ancharan. n. 3. Cardinalis n. 14. Rota coram Reuerendissimo Vrg. dec. 198. n. 3. & in Valentina præminentiarum 19. Nouemb. 1640. coram bon. mem. Coccino, & 21. Martij 1641. coram bona memoria Pivouana.

4. Non obstat quod sedes dignitatum absentium occupari non possint ab aliis tanquam propriæ, & fixæ. Quia tales dici possunt in casu quo præsentibus fuerint dignitates in Choro, secus verò si illæ sint absentes; tunc enim sicut permissum est Canonicis illas occupare, ita permissum censeri debet Præpositis quibus concessæ fuerunt eadem prærogatiuæ quæ Canonicis competeant, vt aliàs respondit Rota in hac eadem causa in decisione 252. n. 10. part. 6. & 214. in fine part. 7. recent. Quin immo sicuti non dicuntur fixæ respectu Canonicorum, qui absentibus dignitatibus eas tenent, ita neque etiam fixæ dici possunt respectu Præpositorum, qui gaudent eodem priuilegio Canonicorum; Equiparatio enim inter vtroque inducta à Constitutione Apostolica æqualem determinationem inter eosdem debet operari, ex notatis in c. ad audientiam de Clericis non residentibus Gloss. in leg. si quis seruo in verbo corrumpti, Cod. de furtis, & in l. quod verò circa finem. ff. de legibus. Ripa in l. si constante n. 69. ff. soluto Matrimonio. lal. in §. ex maleficiis n. 9. Institutionibus de actionibus Roman. conf. 129. in principio, & conf. 231. n. 3.

5. Non obstat quod istæ sedes dignitatum quando vacare contingerent nunquam possessæ fuerint à Præpositis: Adeo vt vel illis nocere debeat præscriptio temporis, vel obseruantia contraria quæ potissimum attendi solet in hac materia præminentiarum iuxta doctrinam Bald. in c. olim. n. 1. de consuetudine; quam sequuta fuit Rota coram Cardinali Seraph. decif. 964. num. 1. & coram Cavalerio dec. 649. num. 1. & in Pla-

Tom. VIII.

centina Præcedentia 27. Iulij 1633. coram bon. mem. Mellino.

6. Quia cum Præpositi impediti fuerint ex facto Canonicorum (cuius causa fuit orta lis) talis obseruantia tanquam litigiosa illis nocere non potest, vt considerauit Rota coram Seraph. dec. 748. n. 1. & in hac eadem causa sub die 27. Iulij Anno 1635. coram Reu. P. D. meo Ghislerio, nam tanquam legitimo impedimento detenti nullo temporis cursu affici potuerunt ex notatis in leg. 1. §. Ne autem Cod. de annalibus exceptionibus, & in c. 1. de prescriptionibus, & in c. diu. firmitatem de concessione præbende Rota dec. 2. de dilatoribus. num. 3. in nouis, & coram Cassad. dec. 8. n. 2. de præbendis. Quin imò permissum est Præpositis etiam si eorum aliqui consensissent obseruantie contrariæ agere nomine Præposituratum, quibus concessum fuit hoc Priuilegium; & illarum iura vindicare, vt notat Ripa in c. sate de restitutione spoliatorum n. 14. vbi alij DD. communiter Abb. in c. accedens n. 19. vt lite non contestata Rota in Neapolitana spoliis 3. Iulij 1601. coram Cardinali Lancell. & in dec. 473. n. 2. part. 2. recent. & in aliis relatis in hac eadem causa sub die 12. Iulij 1634. coram bon. mem. Merlino.

Et ita altera, &c.

## DECISIO XX.

Sacra Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio.

Montis Alti Primiceriatus.

Luna 8. Iulij 1643.

§. 1. CUM sancti mem. Sixtus V. singulari motus Cerga Patriam, vnde originem duxerat, charitate, in Cathedrali Ecclesia Montis Alti à se prius erecta, Primiceriatus dignitatem instituit, eiusque electionem, quocumque mense vacare contingeret, ad Capitulum eiusdem Ecclesiæ spectare voluisset, non obstantibus quibuscumque Regulis Cellariarum editis, vel in futurum edendis, quibus motu proprio, ac de plenitudine potestatis derogauit, sublatis omnibus derogatoriis derogatoriis, etiam si sub data posteriori emanassent, ac tali aduerarentur Indulto, quod quories foret abrogatum, toties voluit reuincere: Cuius Indulti vigore ad eam Primiceriatus dignitatem vacantem per mortem Cornelij, qui de mense Octobris decesserat, fuit electus à Capitulo Rosatus de Rosatis, Cúmque illi mota fuisset controuersia à Ioan. Baptista Lucido, qui eam dignitatem vti referuatam ratione mensis à Sede Apostolica impetrauerat; Dubitauit super validitate electionis Capituli, adeo vt ea dignitas debeat eidem Rosato adiudicari. Et Domini negatiuè responderunt.

2. Quia illi obstat Regula 9. Cæcellariæ, ex cuius dispositione Romano Põtifex sub pena nullitatis, & motu proprio referuat omnia, & singula beneficia quocumque modo pertinentia ad collationem, seu electionem quorumcumque Collatorum, quæ præsertim in mense Octobr. vacare contingerent, non obstante, & sublata quacumque consuetudine, etiam immemorabili, & quocumque priuilegio, seu indulto Apostolico, etiã in limine electionis concessio, & munito quibuscumque derogatoriis derogatoriis, aliisque insolitis, & efficacioribus clausulis, quatum tenores in eadem regula ad effectum reuocandi habeantur pro expressis cum Decreto irritanti; Cuius Regulæ dispositio derogare potest cuiuscumque Priuilegio, & indulto Apostolico, vt ad eã notat Gonz. gloss. 35. num. 1. & seq. & firmavit Rota in Compagna Iurispatronatus 19. Ianuarii & 3. Decembris 1604. coram Litta, quæ confirmata fuit in Casarugustana Parochialis de Maiella 14. Nouemb. 1616.

V 3

& 6. Nouembris 1617. coram bonem. Coccino. & coram Gregorio dec. 153. n. 2. & in dec. 588. n. 5. p. 1. recent. Etiam si Indultum contineat electionem dignitatis, quæ spectat ad Capitulum provt contingit in casu huius decisionis, vt resolutum fuit coram Gregorio in dec. 240. & notat Gonzal. ad eandem reg. gloss. 19. n. 16. in fin. vbi rationem confiderat, quia in Regula referuatur beneficia pertinentia ad omnimodam dispositionem Ordinarij quæ efficacior, & potentior reputatur quàm sit electio, quæ minus tribuit ex not. in c. Authent. de elect. lib. 6. Rot. dec. 6. n. 2. eod. tit. in nou.

3. Et licet in Indulto fel. record. Sixti ad sint plures clausulae pondere, & numero prægantes, quæ ex superuenienti regula referuatoria non videntur tolli potuisse, vt in similibus terminis tenuit Rot. in d. Afor. in. Archidiaconatus 19. Martij 1576. coram Seraphino inter impressus dec. 291.

4. Tamen cum in hac materia inspicere debeat quænam dispositio contineat potentiores clausulas, & derogationes, vt aduertit Garz. de benef. 5. p. 1. n. 566. Rot. coram Greg. d. dec. 240. n. 1. Non videtur ob stare ea Seraphini decisio dum loquitur in terminis Regulae Pauli III. & aliorum Pontificum, quæ non habebant clausulas ita amplas, & efficaces provt continet Regula nona referuatoria à Clemente VIII. Pontifice potentioribus & efficacioribus clausulis fultita, vt ad eam decisionem Seraphini respondit Rot. in d. Compagna Iuris patronatus 23. Ianuarij 1603. & 3. Decembris 1604. coram Lieta. Quod verò efficaciores derogationes & clausulas contineat Regula referuatoria mensium Clementis VIII. quàm habeat Indultum Sixti Capitulo Montis Alti concessum, ex eo colligitur quod illa fuerunt appositæ in Regula quæ vim legis Constitutionis habet, vt considerauit Lotter de re benef. 9. 36. n. 2. & aduertit Rot. dec. 666. n. 5. in fin. part. 1. recent. & ideo censetur sufficienter derogatum quibuscumque derogatoriarum derogatoriis contentis in Indulto, seu concessione particulari, vt tradit Iaf. in l. vltima n. 5. C. si contra ius, vel vilius. public. Felin. in c. constitutus n. 5. in 2. limitat. de rescript. & in c. accedentes n. 5. de prescrip. Gemian. in c. cum non deceat n. 6. de elect. Couar. in rub. de test. part. 2. n. 20. vers. Quartum, Garz. de benef. c. 1. part. 5. n. 567. Rot. in Tirafonem, in 5. presentan. 19. Ianuarij 1583. coram Robustero, relata per eundem Garz. eadem part. 5. n. 959. & in Camera. canonicatus 4. Iulij 1578. coram Lancelotto. Præsertim cum in eadem regula fuerit à Sanctissimo D. N. appositæ clausula, Quorum tenores, quæ tantæ reputatur efficacia, vt per eam censetur derogatum Indulto Sixti perinde ac si tenor dictarum literarum cum derogatoriarum derogatoriis, fuisset insertus in hac Regula, iuxta consil. Butrij 49. sæpius approbatum in hoc Tribunali, vt testatur Cassador. dec. 16. n. 2. & dec. 38. n. 3. super Regulis, Put. dec. 415. n. 5. & 6. lib. 2. Rot. dec. 213. n. 1. part. 1. & dec. 161. n. 1. part. 2. Auerf. & not. Bald. in c. cum dilectus n. 12. de rescript. Gonz. ad hanc Reg. gloss. 36. num. 29. Gomez in proem. Regul. q. 6. n. 8.

5. Præterea in ea continetur clausula generalis referuatoria Indultorum cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, & efficacioribus, & insolitis clausulis, quæ operantur derogationem indulto tam in ea parte in qua continebatur, quod illud nunquam sub referuationibus Apostolicis comprehenderetur etiam sub Data posteriori, vt considerauit Rot. in d. Casar augustana Parochialis de Maiella 14. Nou. 1616. & 6. Nou. 1619. coram bon. mem. Coccino inter impress. p. 4. rec. dec. 319. & 568. & in dec. 666. n. 2. part. 1. rec. & aduertit Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 38. n. 33. quàm etiam in altera parte, vt toties de nouo renouaret, quoties fuisset derogatum, vt considerauit Rot. in d. Compagna Iuris patronatus 13. Decembris 1604. coram Lieta, & notat

Gonz. ad d. Regul. 8. gloss. 36. n. 88. Quinimo talis res sequatio appositæ in adulto aduersus Regulas Cancellarie per futuros Pontifices edendas, solum suffragari potest in vita Pontificis, qui illud ita concessit, & ad sit clausula derogatoria quorumcumque Præuilegiorum. Quorum tenores habeantur pro expressis, vt tradit Ioann. Monachus in c. licet Romanus num. 7. & ibi Prob. n. 11. de constit. in 6. Surd. conf. 47. n. 1. conf. & dicit. Ioann. Monach. & aduertit Lotter. de re benef. lib. 2. q. 39. n. 15. cum Antecessor. legem Successori imponere non valeat, ex notat. in Authent. quomodo appereat Episc. in princ. & in leg. digna vox, vbi post gloss. in verb. iudicamus not. Bald. num. 4. & in conf. 161. num. 2. lib. 3. Rot. in Perusina pensionis 12. Ianuarij 1614. coram Sarrato, Gratian. discept. forens. c. 348. num. 6. & sequent.

6. Non obstat quod indultum fuerit Capitulo Civitatis Montis Alti concessum, quæ erat patria Pontificis, & ita personis valde gratis, & dilectis, vel saltem bene meritis, quæ comprehendi non debent sub hac Regula, Roman. in conf. 498. n. 18. & 19. Scl. de benef. 3. part. quest. 15. n. 23. & not. Gonzal. ad hanc eandem Reg. gloss. 26. n. 70. Dum enim in eadem Regula fuerunt appositæ derogationes derogatoriarum, non debent examinari caute Præuilegij, vt aduertit Rot. in d. Casar augustana de Maiella 14. Nouembris 1616. coram bon. mem. Coccino. Præterea cum in Regula facta fuerit mentio quorumcumque collatorum, sub ea comprehendunt etiam collatores ex Præuilegio, etiam Capitula, & Communitates, vt firmavit Rota in addita decis. 240. n. 3. coram Gregorio, & not. Garz. de benef. 5. part. cap. 1. num. 619. Simonett. de referuat. q. 68. num. 2. Doct. in c. cum Clericus §. final. de Præb. lib. 6. post gloss. in verb. spectat. non obstante affectione, & benemerentia, dum illa considerari non poterat in successore cui Antecessor non valuit legem imponere, ex not. in l. digna vox. C. de legibus, cum alijs per Lotter. de re benef. lib. 2. q. 39. n. 16.

7. Non obstat altera obiectio fundata in contraria obseruantia eligendi, etiam si talis dignitas vacauerit in mensibus referuatis, quæ obseruantia potissimum attendi solet per interpretationem Legis, & Constitutionis Pontificis, vt dixit Rota in dec. 509. n. 1. & 2. part. 1. diuers. & in dec. 455. in 1. part. 4. recent. & in Elboen iuris conferendi 13. Nouemb. 1637. coram R. P. D. meo Carillo.

8. Hæc enim obseruantia non iustificatur, & licet probata fuisset, suffragari non posset, dum ea expressè tollitur à Regula, & Decreto irritanti quod annullat obseruantiam contrariam, & operatur vt inferior contrauenire non possit sub pæna nullitatis, ex not. in c. si eo tempore 45. de elect. lib. 6. Abb. in c. dilectio 35. n. 14. de præben. Cum alijs per Gabr. de claus. concl. 4. n. 57. & 58. coram Bellam. dec. 526. de rescript. & dec. 301. n. 13. p. 5. recent.

Et ita vtraque, &c.

## DECISIO XXII

Sacra Rot. Roman. coram R. P. D. Ghislerio.

In causa Ragusina Electionis.

Mercurij 1. Iulij 1643.

§. 1. Vacante per resignationem in manibus Ordinarij Archiepiscopis terato Cathedralis Ragusinae Capitulum elegit D. Annibalè Palmotam, deinde recedens ab hac electione elegit D. Draghi Georgium, quem Archiepiscopus instituit, & immisit in possessionem.